

Forfatter: Foxall, John

Titel: BREV TIL: Gyldenstierne, Mogens FRA: Foxall, John (1566-10-23)

Citation: Foxall, John: "BREV TIL: Gyldenstierne, Mogens FRA: Foxall, John (1566-10-23)", i *Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (3. bind)*, NIELSEN & LYDICHE, s. 139. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-000743146-003-shoot-L0007431460030086.pdf> (tilgået 12. juli 2024)

Anvendt udgave: Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (3. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

London, 23. Oktober 1566.

John Foxall til Mogens Gyldenstjerne.

Han besvarer etter Kongens Brev af 11. August 1566 om Bestilling og Levering af 30 Slanger med Kugler og Tilbehør og skriver om Betalingen herfor. Den engelske Admiral har bedt ham henvende sig til Mogens Gyldenstjerne og bede denne hos Kongen af Danmark opnaa Frigivelse af en af Admiralens Folk Rudolf Clayton og eventuelt af hans Skib og Gods.

Regiæ²⁾ maiestatis literas, ab eo datas ad burgum Frede- rici vndecimo Augusti, amplissime vir, non minus lubenter accepi, quam, quod in eis perscribitur, officiosissime facere s. 140decreui. Triginta colubrini cum glandibus alijsque rebus ad displosionem necessarijs septem aut octo dalerorum millibus veneunt. Quos ego statim perlectis regiæ maie- statis literis parandos curaui et præ manu quadringentas pro illis libras monetæ Anglicæ persolui, residuum nume- ratus, cum tormenta ipsa ad uos perferenda tradentur, quod fiet ad proximum purificationis festum. Et quia pro instituto mercatorio mercibus ultra citaque(!) conuehendis pecuniam meam pene exhausti, ab illius maiestate per tuam amplitudinem enixissime contendeo, vt ad minimum quatuor dalerorum millia quam citissime mihi dissoluantur uel Antuerpiæ Thomæ Mandeshippe uel Lubecæ fac- tori meo Rico. Philips¹⁾ uel mihi ipsi Londini. Nam cum summa tota ad octo dalerorum millia exurgat et ego pene exhaustus sim, necessario pecuniæ prospiciendum. Alioqui necessario futurum est, vt per inopiam pecuniæ regia negotia tardius administrentur, quod ego cum nullo modo fieri uellem, in tempore angustiam pecuniariam expono, ut in tempore subueniatur. Atque hæc de regijs negotijs. Ante quatriduum dominus Angliæ admiralis accersitum me ad se precatus est, vt cum tua amplitudine agerem pro liberando Rodulpho Claytono, ipsius admiralis famulo, quem sperat apud regiam maiestatem tuo auxilio impe- traturum, ut sine ulteriore damno, quod poterat illi per leges Daniæ contingere, amissa iam noui (!) et bonorum facta iactura corpore saltem incolumi dimittatur. Quod si posset vlo modo fieri, ut illi et nauis et bona resti- tuerentur, futurum scio, ut tanti beneficij loco apud nostri maris præfectum habeatur, vt regem tanti muneric nequeat pænitere, quippe a quo parem gratiam possit expectare. Quod ego per Deum te oro, ut huic admiralis petitioni meas etiam preces adiungas, qui ita me tuo honori con- secaui, ut nemo sc. magis ita Claytoni casum doleo(!), ut s. 141sciarn illi cum tota familia, vxore et liberis penitus pereun- dum, nisi aliquo modo tuus honor illius calamitati uelit subuenire. Deus tuam amplitudinem diu incolumem seruet. Londini uicesimo tertio octobris.

Tui honoris studiosissimus Hans Ffoxall.

(Bagpaa: Seglet og Udskriften:)

Ornatissimo viro domino Magno Gilderstern, serenis- simj Danorum regis præfecto in Coopeman Hauen.